

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Studium u  
cum fonte primo

Studio me dabo;

omnia alia negligenda sunt ut huic  
assideamus cui nullum tempus satis  
magnum est, eciam si a puericia usque  
ad longissimos etatis terminos  
uita perducatur.

Resistendum est occupationibus.

Seneca LXXIII. epistola.

Deinde ipsi nobis dilationem damus:  
'cum hoc peregero, toto animo  
incumbam' et 'si hanc rem molestam  
composuero,  
studio me dabo'. Non cum vacaveris,  
philosophandum est, sed ut  
philosopheris vacandum est;  
omnia alia negligenda ut huic  
assideamus, cui nullum tempus satis  
magnum est, etiam si a pueritia usque  
ad longissimos humani aevi terminos  
vita producitur. Non multum refert  
utrum omittas philosophiam an  
intermittas; non enim ubi interrupta est  
manet, sed eorum more quae intenta  
dissiliunt usque ad initia sua recurrit,  
quod a continuatione discessit.  
Resistendum est occupationibus, nec  
explicandae sed submovendae sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 72, 2-3 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.218, ll.14-25).